OFFICIUM FERIALE

1587

RESERVADO
1456
B. N. L.

B. N. L.

RESERVADO
1456
B. N. L.

B
1456

RESERVADO

OFFICIVM FERIALE SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI BERNARDI.

In primis veſperis.

Antiphona.

MAgnificauit sã-ctũ ſuum Dñs, & dedit illi ſciẽtiã ſanctorũ, vt consũmarentur in bonũ opera eius, & pax Dei ſuper eum in æternũ. Ver. Ora pro nobis. &c.

Collecta.

PErfice quæſumus Dñe, piũ in nobis sãctę religionis effectum: & ad obtinendã tuæ gratię largitatẽ, beatus pater Bernardus abbas, & doctor egregius, ſuis apud te ſemper pro nobis meritis, & precibus intercedat. Et famulos tuos, &c. Per Dñm. Inuit. In cõfeſsione laudis, adoremus Dominum. Qui ſtolæ gloriæ cõfeſſorem ſuũ decorauit Bernardũ. Hym. Ieſu corona celſior.

In primo nocturn.

Añ.

Antiphona.

In teſtamentis pacis ſtetit ſemen illius, & vſq; in æternũ permanet gloria eius. Antiph.

Exaltauit Dñs in æternũ cornu Chriſti ſui, & dedit illi teſtamentum vitæ, & ſedẽ gloriæ ſuę.

Antiphona.

Porrexit manum ſuam vir ſãctus in libationem altaris, & de ſanguine vuę effudit odorem diuinũ excelſo Principi.

Verſus.

Iuſtũ deduxit dñs per vias rectas.

Reſp. Et oſtendit illi regnum Dei.

Benedictio.

Sapientia Dei patris eius nos inſtruat diſciplinis.

Lectio.

Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi ſol refulgẽs, ſic & beatus Bernardus effulſit in domo Dei, & quaſi plantatio Cedri in monte Libano, ſic circa illũ ſteterunt, quaſi rami palmæ filij eius in gloria ſua. Tu autẽ dñe.

Reſp.

Reſpon. Iuſtus vt palma florebit.

Verſus.

Sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Reſp. Vt palma.

In diebus, quibus tres lectiones recitamus. Antiphon. vt ſupra.

Lectiones Reuerendiſsimi Dñi Guilhelmi Abbatis, in vita ſanctiſsimi Patris noſtri Bernardi Abbatis.

ANno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo decimo tertio, à conſtitutione domus Ciſtercienſis decimo quinto, ſeruus Dei Bernardus, annos natus circiter viginti duos, Ciſtercium ingreſſus, cum ſocijs amplius quàm triginta, ſub Abbate Stephano, ſuaui iugo Chriſti, collum ſubmiſit. Ab illa autem die dedit Dñs benedictionem, & vinea illa Domini Sabaoth dedit fructum ſuum, extendens palmites ſuos vſque ad mare, & vltra mare propa-

gines ſuas. Hęc quidem fuere viri Dei conuerſionis ſancta principia. Tu autem.

Reſp. Prima virtus viri ſancti habitus corporis ſui, quod ita compoſitè, & vno ſemper modo agebat. Vt nihil appareret in eo, quod poſſet offendere intuentes.

Verſus.

Totum in eo diſciplinatum, totum inſigne virtutis perfectionis forma. Vt nihil appareret.

Lectio ſecunda.

Conuerſationis autem eius inſignia, quomodo vitam angelicam gerens in terris vixit, neminem enarrare poſſe puto, qui nõ viuat de ſpiritu, de quo ille vixit. Solius quippe donantis, & accipiẽtis eſt, noſſe quantum ab illo mox cõuerſionis exordio præuenerit eum Dominus, in benedictionibus dulcedinis ſuæ, quanta repleuerit gratia electionis, quomodo ab vbertate domus ſu inebriauerit eũ.

Tu

Tu autem. Resp. Opera ſancti Patris, velut ſol in cõſpectu Dei. Et oculi eius ſine intermiſsione reſpiciebant in vias eius.

Verſus.

Non ſunt abſcondita ab eo teſtaméta Dei. Et oculi eius.

Lectio tertia.

INgreſſus eſt autẽ domum illá pauperem ſpiritu, & eo adhuc tempore abſconditá, ac pæne nullam, intentione ibi meriẽdi, à cordibus, & memoria hominum, & ſpediliteſcendi, & latendi tanquã vas perditum: Deõ aliter diſponente, & eum ſibi in vas electionis præpará te, non ſolũ ad ordinem monaſticũ confortandum, ac dilatandum, ſed etiã ad nomen ſuũ portandum coram Regibus, & gentibus, & vſque ad extremum terræ.

Reſp. 3. Teſtamẽtum ęternum cum beato Patre Bernardo conſtituit Dominus, & iuſtitiam ac iuditia ſua oſtẽdit illi.

 Verſus

Verſus.

Magnalia honoris Dei vidit oculus eius. Et iuſtitiã.

In ſecundo nocturno Antiphona.

Allel. Allel. Allel.

Sed à Septuageſima vſque ad Quadrageſimam. 1. Antiphona. Ampliauit gentem ſuã vir iuſtus adeptus gloriam in conuerſatione eius.

1. Pſalm.

Dixit inſipiens.

2. Antiphona.

Honorauit Deum vir ſanctus in operibus ſuis, & in oblatione ſuſceptus eſt ab eo.

2. Pſalm.

Exaudi Deus orationem.

3. Antiphona. Extulit manus ſuas pater venerabilis dare gloriam Deo à labijs ſuis, & in nomine ipſius gloriari.

3. Pſalm.

Si vere vtique.

Capitulum.

IN medio eccleſię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus ſtola glorię induit eum. Deo gratias.

Verſus.

Amauit eum Dominus,

minus, & ornauit eum.

Resp. Stola gloriæ induit eum.

Collecta.

INtercesſio nos quæſumus Dñe, beati Patris noſtri Bernardi Abbatis cõmẽdet, vt quod noſtris meritis nõ valemus, eius patrocinio aſſequamur. Et famulos tuos.

Ad laudes. Antip.

Domum tuã Domine decet ſanctitudo, in qua tantæ frequentatur memoria ſanctitatis.

Capitulum.

Dilectus à Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt, ſimilẽ illum fecit in gloria ſanctorum.

Reſp. Iuſtum deduxit Dñs per vias rectas.

Verſus.

Et oſtẽdit illi regnũ Dei. Per vias rectas.

Hymnus.

Te Christe Rex pijſsime.

Verſus.

Ora pro nobis beate pater Bernarde.

Reſp. Vt digni efficiamur promisſionibus Chriſti.

Ad benedictus.

Aña.

Antiphona.

Quaſi oliua pullulans, & Cipreſſus in altitudinem ſe tollēs, ſicvt beatus ad gloriam ſanctitatis aſcendit.

Collecta.

Perfice quæſumus dñe pium in nobis ſanctæ religionis effectum: & ad obtinendam tuæ gratiæ largitatem, beatus pater Bernardus Abbas, & doctor egregius, ſuis apud te ſemper pro nobis meritis, & precibus intercedat. Et famulos tuos. &c.

Ad primam. Aña.

Beatus Bernardus ab infantia ſpiritũ ſortitus eſt bonũ, per quē erat puer docilis, & amabilis valde.

Ad tertiam. Hym.

Nunc ſanctæ nobis ſpiritus.

Antiphona.

In diſciplina morum profectuque virtutum ſuperdocentes ſe, in breui enituit vnctione magiſtra.

Capitulum.

Dilectus à Deo. &c.

Verſus. Iuſtũ duxit Dominu

Coll

Collecta.

Perfice quæſumus Domine. &c

Ad ſextam. Aña.

Creſcente ætate, creſcebat ſimul ſapientia, & gratia apud Deum, & hominess.

Capitulum.

Edit Dominus confeſsionẽ ſancto ſuo, & excelſo verbo gloriæ, de õni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit eum, qui fecit illum.

Verſus.

Amauit eum Dominus. Reſp. Stola gloriæ.

Collecta.

EXcita Domine in eccleſia tua ſpiritum, cui beatus pater Bernardus Abbas ſeruiuit, vt eodẽ nos replente ſtudeamus, amare quod amauit, & opere exercere, quod docuit. Et famulos tuos.

Ad nonam.

Poſito corpore pater ſanctus, diues meritis penetrauit in ſancta, ſimilis factus in gloria ſanctorum.

Capitulum.

IVſtũ deduxit Dominus per vias re-

 ctas,

ctas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiã ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

Verſus.

Iuſtus vt palma florebit.

Reſpon. Sicut cedrus.

Collecta.

Sit Domine quæſumus beatus Pater Bernardus Abbas, noſtræ fragilitatis adiutor, & pro nobis tibi ſupplicans copioſiùs audiatur. Et famulos tuos, &c.

Ad veſperas.

Aña.

Viç viri ſancti, viç pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ, quia lignum vitæ aprehendit.

Antiphona.

Semitas iuſtitiæ, viaſque ſãctorum cuſtodiens, vir beatus curſum vitę in pace consũmauit.

Antiphona.

Benedictio Domini ſuper caput iuſti, memoria eius in ſæcula ſæculorum.

Antiphona.

Cõſurgens diluculo quæſiuit bona pater ſãctus, quaſi

ſlorens lilium germinauit.

Capitulum.

Dilectus à Deo.

Reſp. Amauit eũ Dominus.

Hymnus.

Ieſu corona celſior.

Verſus.

Ora pro nobis beate Pater Bernarde.

Reſp.

Vt digni efficiamur promiſsionibus Christi.

Ad magnificat. Antiphona. Exultet in Domino ſpiritus viri ſácti, quod mole leuatus corporea totus pergit in Deum, & adhærens illi, vnus ſit cũ eo ſpiritus in æternum.

Collecta.

Perfice quæſumus Domine.

LAVS DEO.

Alcobatiæ, Anno Domini 1597. Excudebat Alexander de Siqueira Typographus.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA